Gaudia quo vitæ ſubeas æterna beatæ,
Has per virtutes ſemita ſola patet
Aſpera dumetis prima quæ fronte videtu
Inſtanti fiet poſt via ſtrata roſis.

Aſt ſi deflectas vitiorum ad deuia, grato
Quæ primo aſpectu mollia flore virent
Tandem peruenies nigræad penetralia mortis
Saxea quę tenebris perpetuata rigent.

Iratum compeſce animum ne cæde Cayni
Noxius, à facie ſis vagus usqz Dei

Nil fidei graue Nam gnatum hac Abrahamus ad aras
Obtulit hac Arcam struxit et ipse Noa

Iustitiam exerce, Solomonis iura sequutus,
Nec mentem rapiant ira fauorue tuam.

Est Sophiæ pars prima. Dei cognitio vera
Quã sine nil artis, nil valet ingenium

Sit Sapphira tibi exemplo cum coniuge prauo,
Ne ſimili pereas Euclio auare modo .

Fac animi fortis Sampſonem viribus æques
Robore cum nequeas coporis eſse pari.

Dum piger exercet nullo cum fænore sortem,
Nil præter spinas viña gignit iners

Plures hoc vitio Nabalis periere sodales
Quam telis, iaculis, igne vel ens viri

Inuidiam propriū ſtimulantem vendere fratrem,
A tergo ſequitur mox truculenta fames.

Luciferi ex cęlo de lapſi tartara ad ima
Quid ſequeris vitium puluis & vmbra malũ

Virtutum pennis dictarum prœditus almis
Par leuibus ventis ęthera summa petit.
Ast horum tetra vitiorum mole grauatus
Mergetur terrę viscera ad ima nigrę

Nos docuit verum pater impartitus amorem,
Cum morti natum tradidit vnigenum:

Quód ſobrie viuens ventri detraxeris illud
Vt Daniel menti rectius addideris.

Spes non frustratur, cuius Gedeonius ensis
Vi Madianitas occupat ecce feros